

# LATIN



Begyndertekster

om

**MARCUS TULLIUS CICERO**

Materialet ligger også på skolens hjemmeside under latin

SG/MJ

## Ciceros liv – i korte træk

Marcus Tullius Cicero blev født i Arpinum sydøst for Rom 3. januar 106 f.Kr. Faderen var ret velhavende, og han hjalp sin ældste – og temmelig ambitiøse – søn Marcus på vej i karrieren som jurist og politiker. I 63 f.Kr. toppede Ciceros karriere, da han blev konsul – det øverste embede i den romerske republik (se s. 19).

I de følgende år var Cicero flere gange ude i politisk modvind. Fra 60 f.Kr. blev Gajus Julius Cæsar en af de førende politikere i Rom, og han og Cicero tilhørte hver sin politiske fløj. Dette satte efterhånden Cicero ud af det politiske spil, og fra midten af 50’erne var Cicero mere forfatter end politiker (se s. 28 og 34).

15. marts 44 f.Kr. blev Cæsar myrdet, og Cicero så nu en chance for at vende tilbage til politik. Offentligt angreb han Marcus Antonius, som sammen med Cæsars adoptivsøn Gaius Octavianus bekæmpede Cæsars mordere, men derved kom han på dødslisterne og 7. december 43 f.Kr. blev han myrdet af Antonius’ soldater.



Marcus Tullius Cicero. De Capitolinske Museer, Rom.

Cicero var en meget produktiv forfatter. Vi har i dag bevaret 58 af hans taler, både politiske taler og retstaler, og flere omfangsrike værker om filosofi og rhetorik. Men det tætte kendskab til selve personen Cicero stammer først og fremmest fra Ciceros korrespondance, over 800 breve til familien, til venner og til politiske forbindelser.  
Brevene dækker perioden fra 68 f.Kr. til kort før Ciceros død 7. december 43 f.Kr.

## 1 - unus/una/unum

Cicero blev gift med Terentia omkr. 79 f.Kr. De fik 2 børn:  
datteren Tullia omkr. 78 f.Kr. og  
sønnen Marcus Tullius Cicero Iunior i 65 f.Kr.



Relief fra en jordemoders grav. 2. årh. e. Kr. Fundet i Ostia, Roms havneby.

## Lectio prima

### Cicero et familia

Marcus Tullius Cicero vir Romanus est. Marcus habet uxorem. Terentia uxor est. Marcus pater familias et Terentia matrona Romana est. Tullia filia eorum est. Marcus filiam amat. Tullia puella magna et prudens est.

- 5        Romae Marcus domum magnam habet, sed nunc familia rure habitat. Familia in villam Tusculanam venire amat, quo hortus magnus est. Nunc Tullia intrat in hortum, quo Marcus ambulat. Terentia non adest, quia praegnans est et partus instat.
- 10      Ancilla proba iuvat Terentiam. Nunc medicus Graecus venit, quia partus difficilis est. Tullia matrem gemere audit et dicit: "Parere terribile est. Misera mater dolet!"  
Marcus tristis est et nihil dicit.
- Nunc Marcus Tironem venire videt. Tiro servus est. Tiro  
15 dominum videt et exclamat: "Domine, domine, filius tibi natus est." Servus fidelis Marcum ridere videt. Tullia exsultat.

## 2 – duo/duae



Tusculum, hvor Cicero havde ét af sine landsteder, ligger syd-øst for Rom

## Lectio secunda

### Marcus et Quintus

Marcus fratrem habet, Quintum. Marcus fratrem amat et Quintus Marcum amat. Quintus uxorem habet, Pomponiam, sed Pomponia mulier imperiosa est.

Quintus fratrem visitat, Terentiam et filium, Ciceronem  
5 iuniorem, videre vult. "Es felix, Marce!" inquit, "nunc filium et heredem habes. Ego quoque filium habeo." Marcus dicit: "Habeo filiam et filium, felix sum. Amo filium meum, Ciceronem, et filiam meam, Tulliam."

Terentia in horto sedet cum Tullia. Terentia ab Quinto  
10 quaerit: "Cur Pomponiam tecum non fers, Quinte?" Quintus non respondet, nam hodie cum uxore iurgat. Denique, "Hodie non valet," inquit, "itaque hic solus sum." Terentia dicit: "Tu verum non dicis, Quinte, cum Pomponia iurgas. Maritus impatiens es!" Quintus erubescit: "Pomponiam  
15 amo, sed difficile est cum uxore imperiosa vivere." Tullia ridet: "Ego maritum impatientem nolo habere!"

Quintus Tullius Cicero er Ciceros yngre broder, født i 102 f.Kr. Han blev gift med Pomponia, som kom fra en rig familie, men ægteskabet kom først og fremmest i stand, fordi Pomponia var søster til Ciceros bedste ven, Titus Pomponius Atticus (se s. 27). De fik en søn i 67 f.Kr.

### 3 – tres/tria


#### Tiro

Tiro blev født omk. 103 f.Kr. i Arpinum som slave i Ciceros familie.

Han blev betragtet næsten som et familiemedlem og opdraget sammen med den tre år ældre Marcus og den jævnaldrende Quintus.

Han blev frigivet 28. april 53 f.Kr., og fik da navnet Marcus Tullius Tiro, men han blev ved at arbejde i Ciceros tjeneste.

I 46 f.Kr. overtog Tiro indretningen og katalogiseringen af Ciceros bibliotek i villaen i Tusculum. Han udviklede en form for hurtigskrift, stenografi, som blev anvendt helt op til 14. årh. e.Kr.



Håndskrift fra 895 e.Kr. med indledningen til Platons dialog:

Σοφιστής (Sophistes), Sofisten

## Lectio tertia

### Tiro et Dionysius in bibliotheca

Omnes Romani, qui pecuniosi sunt, multos servos habent.

Cicero pecuniosus est et multos servos habet.

Cicero cotidie multas horas in bibliotheca sua studet.

Duo servi dominum iuvant, Tiro et Dionysius. Tiro in fa-

5 milia natus est, Dionysius servus Graecus est et a Cicerone  
emptus. Dionysius Latine et Graece scit, est servus eruditus  
et servus utilis. Sed Cicero amat Tironem, quia fidelis est.


Cicero habet multos libros. Servi libros afferunt, quos

Cicero legere vult. Cicero dicit: "Affer librum a Catone scriptum


10 cum titulo 'Origines', Dionysi." Dionysius librum portat ad  
Ciceronem. Postea Cicero a Tirone petit duos libros Graecos a  
Platone scriptos. Tiro diu quaesitat, sed libros non potest  
invenire. "Libros invenire non possum," inquit, "libri absunt. Multi  
libri in bibliotheca sunt, sed illi libri absunt." Dionysius, qui

15 libros Graecos legere potest, nihil dicit.

## 4 - quattuor



En ung mand tager en bogrulle fra en hylde i et bibliotek. På hver rulle sidder en *titulus*, en mærkat, som fortæller, hvad rullen indeholder.



Håndskrift med Ciceros tale mod Verres.

## Lectio quarta

### Duo libri pretiosi

Cicero omnes servos et ancillas in bibliothecam convocat.

Libros, qui desunt, invenire vult. Omnes servos et ancillas interrogat, sed nihil de libris peritis dicere possunt.


Dicunt: "Numquam venimus in bibliothecam. Non pos-

5 sumus legere aut scribere, ergo libros non legimus." Cicero:  
"In domo mea servi estis, in domo mea habitatis. Saepe me librum legere videtis, ergo saepe libros videtis. Interdum Tironem aut Dionysium librum mihi legere auditis." Servi respondent: "Te iuvare non possumus, domine."

10 Cicero dicit: "Vos omnes servos fideles habeo. Nos, qui hic sumus, in omnibus cubiculis libros investigare debemus, valde pretiosi sunt, nam volumina vetera et pulchra sunt."

Postridie Dionysius in domo non est. Cicero et Tiro  
15 complures libros preciosos in biblioteca non esse vident. Cicero iratus est: "Dionysius servus honestus non est," inquit, "fur est. Omnes Graeci infidi sunt."

## 5 – quinque



Portræt af Paquius Proclus og han kone. Vægmaleri fra Pompeji, malet omk. 67 e.Kr. Manden holder en bogrolle i hånden og hans klædning, togaen, fortæller, at han er embedsmand. Kvinden viser sine litterære interesser gennem vokstavlerne og griffelen.

## Lectio quinta

### Matrimonium

In familia Romana conubium filiorum in potestate patris erat et pater semper filias in matrimonium dabat. Pater Ciceronis et pater Terentiae amici erant et nuptias inter filios suos, Ciceronem et Terentiam, efficere cupiebant.

- 5        Sextus Terentius, socer Ciceronis, vir pecuniosus erat, et Terentia dotem magnam in matrimonium afferebat.  
Cicero tum annos undetriginta natus erat. Aetatem Terentiae non scimus.


- Matrimonium Ciceronis et Terentiae triginta annos  
10 permanebat et diu felix erat. Cicero Terentiam uxorem fidelem habebat et Terentia officium uxoris semper praestabat.

- Cicero litteras ad Terentiam saepe scribebat et complures litteras hodie legere possumus. Magna pars  
15 litterarum plena amoris et curae est.

Efter mere end 30 års ægteskab blev Cicero og Terentia skilt i 46 f.Kr. Det gav Cicero store økonomiske problemer da han skulle betale medgiften tilbage til Terentia.

Efter skilsmissen blev Terentia gift igen 2 gange. Hun blev 103 år.

## 6 – sex



Tværsnit af Lucius Ceius hus, Pompeji.

- 1: indgang 2: korridor *vestibulum* 3: udlejede butikker med dør til gaden
- 4: atrium 5: regnbassin *impluvium* 6: sidefløj *ala*
- 7: soveværelse *cubiculum* 8: spisestue *triclinium*
- 9: modtage- og arbejdsværelse *tablinum* 11: have *hortus*.



Søjlegang, *peristylum*, i Menanders hus, Pompeji.

## Lectio sexta

### Domus Romana


Tullia et Piso in horto in villa Tusculana sedent. Tullia dicit:  
"Utinam mihi de domo tua narres, mihi enim a patre dictum est,  
ut domus tua Romae magna et splendida sit. Cupio scire,  
quomodo ornata sit".

- 5        Piso: "De domo mea audire cupis. Commune omnibus  
domibus est, ut atrium, triclinium, peristylum et multa cubicula  
habeant. In atrio meo impluvium tam magnum est, ut simile  
piscinae sit. De peristylo narrem? In peristylo porticus est cum  
statuis Graecis, ut in umbra ambulemus et artem  
10      splendidam spectemus. Ita porticus et utilis et dulcis nobis est.  
Nescio, quid de triclinio dicam, paene similis triclinio patris tui  
est. Eamus in triclinium et videamus, quomodo fabula de Ulyxe  
et Polyphemo in pariete picta sit. In triclinio meo fabulam de  
Narcisso videmus."

I 67 f.Kr. blev Ciceros datter Tullia forlovet med Gajus Calpurnius Piso, og de blev gift i 63 f.Kr., da Tullia var 15 år. Piso døde pludseligt 6 år senere, i 57 f.Kr., og Tullia blev gift igen i 56 f.Kr. med Furius Crassipedes. De blev skilt og fra 50-46 f.Kr. var Tullia – ulykkeligt - gift med den 10 år yngre Cornelius Dolabella. Kort efter skilsmissen døde Tullia i barselsseng i 45 f.Kr.

## Narcissus

Narcissus var en ung dreng – 16 år gammel - som var så smuk, at alle forelskede sig i ham, både piger og drenge. Han afviste hovmodigt alle tilnærmelser, men en dag får han øje på en person i den klare kilde, som han forelsker sig håbløst i; han opdager kun langsomt, at han er blevet forelsket i sit eget spejlbillede, men han kan ikke løsrive sig, og dør ved kilden af længsel og ud mattelse.




Vægmaleri fra Octavius Quartus' hus i Pompeji med Narcissus,  
som spejler sig i det klare vand.

## Odysseus og Kyklopen

I 10 år belejrede grækerne byen Troja, fordi den trojanske prins Paris havde bortført den græske konge Menelaos' hustru, den skønne Helene. Først da helten Odysseus havde udtænkt listen med den trojanske hest, lykkedes det grækerne at erobre byen.

Men det tog Odysseus endnu 10 år at komme hjem til Ithaka, og på den rejse kom han ud for mange utrolige oplevelser. Bl.a. havnede han i en hule hos en kæmpestor, enøjet Kyklop, som åd hans mænd en efter en. Igen måtte Odysseus bruge sin snuhed: han drak kæmpen fuld og stak en glødende kæp i hans øje. Dernæst slap de væk ved at gemme sig under kyklopens får.




Græsk vasebillede fra ca. 550 f.Kr., som viser Odysseus og hans mænd, der blinder Kyklopen. I hænderne holder kæmpen resterne af de mænd, han har spist,

# Colosseum

Amphitheatrum Flavium, bedre kendt som Colosseum, er det største amfiteater i Romerriget. Det blev indviet i sommeren 80 e.Kr. med en fest på 100 dage, og der er plads til ca. 50.000 tilskuere.



Luftfoto af Colosseum i Rom



Model af Colosseum

# Cursus honorum

## Cursus honorum: embedskarrieren

cursus m 4: *forløb, karriere*      honor m 3: *ære, (politisk) embede*  
alle politiske embeder var ulønnede, så man skulle have en temmelig stor privat formue for at gå ind i politik.

I 1. årh. f.Kr. fulgte den politiske karriere i Rom et bestemt mønster .  
Alle embeder var 1-årige, og man opnåede dem i en nedenfor anførte rækkefølge.  
For hvert embede var der fastsat en lavalder for at søge.

### **quaestor: kvæstor** - 30 år

20 hvert år. Kvæstorerne forvaltede statens penge,  
dels i Rom og dels i provinserne

### **tribunus plebis: folketribun** - 33 år

10 hvert år. Dette embede var ikke obligatorisk i rækkefølgen. Det blev oprettet som sikkerhed for den laveste befolkningsgruppe, plebs, og folketribunerne kunne standse lovforslag som var til skade for denne befolkningsgruppe ved at sige "veto: jeg forbyder". Det krævede dog at alle folketribuner var enige.

### **aedilis: ædil** -36 år

4 hvert år. Ædilerne havde tilsyn med kornforsyningen i Rom, sørgede for opretholdelsen af ro og orden i byen og foranstaltede - og betalte - de store offentlige forestillinger.

### **praetor: prætor** -39 år

8 hvert år. Prætorerne ledede domstolene og retsvæsnet.


### **consul: konsul** -42 år

2 hvert år. Konsulerne var statens øverste embedsmænd,  
både militært og civilt.


Ciceros politiske karriere er eksemplarisk:

<b>kvæstor</b>	i 75 f.Kr.	<b>prætor</b>	i 66 f.Kr.
<b>ædil</b>	i 69 f.Kr.	<b>konsul</b>	i 63 f.Kr., anno suo, dvs. som 42-årig

## 7 – septem



Gladiatorer. Mosaik fra 3. árh. e.Kr.



En fange bliver flæt af en leopard. Mosaik fra Tunesien.

## Lectio septima

### Aedilitas Ciceronis

Triginta sex annos natus Cicero aedilitatem obtinebat.

Aediles ludos publicos curabant, et populus exspectabat, ut et Cicero spectacula ludosque daret. Ad spectacula collegarum Ciceronis magna turba semper undique confluerebat,

- 5 ut venationes, naumachias gladiatoresque spectaret, ut hominem hominem occidere videret, ut caedem mortemque applauderet.

Cicero moleste ferebat, quod inhumanitatem arenae probare necesse erat. Ad amicum suum, Atticum, dixit:

- 10 "Quid faciam? Si, quod ipse sentio, facere possem, numquam animalia hominesque in arenam ad mortem ducerem, numquam homines inhumane tractarem. Necesse autem est spectacula dare, ut populus me praetorem designet."

## 8 – octo

### Den catilinariske sammensværgelse.

Den forgældede adelsmand Lucius Sergius Catilina stillede op til konsulvalget i 64 f.Kr. sammen med Cicero, men blev slået. Det vigtigste punkt i hans politiske program var, at al gammel gæld skulle eftergives. I 63 f.Kr. stillede han igen op til konsulembedet (for 62 f.Kr.), men blev igen slået. Catilina og hans tilhængere forsøgte derfor at skaffe sig magten ved et oprør. De samlede en hær mod Rom og planlagde at myrde konsulen, Cicero.

Men Cicero blev advaret og afslørede Catilinas plan i senatet, hvor Catilina selv var til stede. Catilina forlod byen og året efter blev oprøret slået ned. Hæren blev besejret og Catilina selv blev dræbt.



Cicero holder sin første tale mod Catilina.

Fresco af C. Maccari fra slutningen af 1800-tallet

## Lectio octava

### Coniuratio Catilinaria

Catilina duos socios designavit, qui Ciceronem nocte  
interficerent. Cicero autem illa ipsa nocte de coniuratione audivit  
et die postero consilium Catilinae senatui denudavit. Catilina  
ipse in senatu fuit.

- 5        Inter alia Cicero ad Catilinam dixit:  
          "Catilina! Quid proxima nocte fecisti? Ubi superiore nocte  
          fuisti? Quos convocabisti? Quid statuisti? Nihil est, quod  
          respondeas. Omnia omnes scimus: Me ad caedem designavisti.  
          Interitum senatus cogitavisti. Partes urbis ad incendium de-  
10      scripsisti. Rem publicam nostram evertere voluisti.

          Omnia consilia tua patent. Omnia ego non modo audio sed  
          etiam video et sentio. Catilina! abi, relinque urbem, educ omnes  
          socios tuos, purga urbem, libera rem publicam!"

- 15      Catilina urbem reliquit sed Cicero quinque viros, qui  
          participes coniurationis fuerunt, cepit et ad summum supplicium  
          tradidit. Unum verbum solum deinde ad populum dixit:  
          "Vixerunt".

## 9 - novem

Da Cicero som konsul lod 5 af Catilinas mænd henrette, gjorde han det uden at have stillet dem for en domstol først. Dette udnyttede hans modstandere senere, da de anklagede ham for at have handlet imod lovene, og i foråret 58 f.Kr. måtte Cicero gå i eksil. Han opholdt sig i Grækenland i 18 måneder, indtil folkeforsamlingen i Rom besluttede at kalde ham hjem igen i efteråret 57 f.Kr.

### Epikuræismen

Verden består af et uendeligt antal atomer der bevæger sig i et tomt rum. Når de kolliderer, sker der en kædereaktion og atomerne indgår helt tilfældigt i forskellige forbindelser. Det vi ser og opfatter som forandringer, er blot nye konstellationer eller opløsninger af atomer.  
På den måde er alt tilfældigt, og mennesket kan intet stille op. I stedet må det lære at affinde sig, at leve uforstyrret med mindst muligt ubehag og smerte.

### Stoicismen

Verden er skabt ved og gennemsyret af den guddommelige verdensfornuft, *λόγος*. Denne arbejder konstant og viser sig i alt fra det mindste til det største. Intet sker tilfældigt. Det vi tror er tilfældigt, sker altid som en del af den større plan, den guddommelige harmoni. Derfor må mennesket lære at acceptere, at elske den overordnede skæbne og bære den med ligevægt og sindsro.

## Lectio nona

### Exsilio

In exsilio Cicero tam miser erat, ut mortem sibi exoptaret.  
Quotienscumque tabellarii litteras de Terentia aut Tullia  
ferebant, Cicero legens ita lacrimabat, ut litteras paene lacrimis  
deleret. Tiro miseriam domini videns dixit:

- 5        "Inimici tui exsultarent, si te sic lacrimantem viderent.  
Iniuria te inimici in exilium miserunt, miseriam autem sana  
mente ferre debes. Mortem deliberans Terentiam amicosque  
molestia afficis. Amicus tuus, Atticus, qui Epicureus est, litteris  
suis semper te monet, ut ἀταραξίᾳ vivas"
- 10      Ad hoc Cicero dicit: "Epicurum philosophum sapientem  
non habeo. Stoici vere sapientes sunt. Praecepta  
Stoicorum nos docent, quo modo tranquillitate animi vivere  
liceat, cur fatum amare necesse sit. Ut Cleanthes versibus  
disertis dicit: *"Ducunt volentem fata, nolentem trahunt"*".
- 15      Difficile autem est semper fatum miseriamque amare".

## 10 – decem

I 51 f.Kr. sendte senatet Cicero ud som prokonsul for at lede provinsen Kilikien, som ligger i Asien. Netop i disse år blev de politiske modsætninger mellem Cæsar og Pompejus større og større (se s. 28), og det trak op til borgerkrig, så Cicero var forfærdelig ked af at forlade Rom og det politiske brændpunkt for at være embedsmand i en udørk.

Kilikien lå ved Romerrigets østlige grænser, og der var til stadighed uroligheder på grund af partherne, som beherskede området over til Det Kaspiske Hav.



Kort over den østlige del af Middelhavet

## Lectio decima

### Cilicia

In Cilicia Cicero hanc epistulam ad Atticum scripsit:

"Cicero Attico salutem dicit.

Eheu me miserum! Haec vita digna nobis non est, qui

- 5 Romae de re publica decernere soleamus. Utinam Romae  
essem! Desiderium urbis me tenet, desiderium Fori. Utinam hos  
montes et hanc terram numquam vidi sem! Unum solacium mihi  
est: Parthos feroce, qui nuper Crassum exercitumque  
Romanum superaverant, ego vici. Hos cum vici sem,
- 10 ad senatum statim scripsi. Puto hanc victoriam triumpho magno  
dignam esse.

Velim, ut omnia, quae in urbe agunt et dicunt, ad me statim  
scribas. Vale.

**Titus Pomponius Atticus** (109 - 32 f.Kr.) var næsten jævnaldrende med  
Cicero og dennes ven og fortrolige. Først i 80'erne forlod han Rom og  
boede derefter mere eller mindre permanent i Athen. Deraf hans tilnavn  
Atticus.

Hans søster Pomponia blev gift med Ciceros yngre broder Quintus, en  
alliance som styrkede forholdet mellem de to venner uden at være  
specielt lykkeligt for ægtefællerne (jf. stk 2).

Korrespondancen mellem Atticus og Cicero strækker sig fra 68 til 44  
f.Kr. og næsten halvdelen af Ciceros bevarede breve er til Atticus – i  
krisesituationer kunne Cicero skrive til ham flere gange om dagen.

## 11 - undecim

### Cicero og Cæsar

Fra 59 f.Kr. til 50 f.Kr. var Cæsar prokonsul i Gallien, og i den periode udvidede han det romerske herredømme til Rhinen og den engelske kanal (se kort i glosehæfte s. 20). Hans stadig større magt satte ham i modsætningsforhold til den anden store politiker i Rom, Pompejus, og da Cæsar natten mellem 10. og 11. januar 49 f.Kr. med sin hær gik over floden Rubicon, som dannede den sydlige grænse for provinsen Gallien, betød det borgerkrig.

Cicero var vendt tilbage fra Kilikien 4. januar, og han forsøgte at forlige de to parter - forgæves. Cicero så Cæsars stigende enemagt som en trussel mod den romerske republik og sluttede sig til Pompejus.

Pompejus flygtede fra Italien til Ægypten, hvor han blev myrdet i Alexandria af den ægyptiske konges soldater. I 46 f.Kr. sluttede borgerkrigen med Cæsars sejr over Pompejus' sønner.

#### **Jacta alea est, *terningen er kastet!***

I følge den romerske forfatter Suetonius var det med disse ord Cæsar gik over floden Rubicon.

#### **Veni, vidi, vici, *jeg kom, jeg så, jeg sejrede.***

Sådan meddelte Cæsar sin ven i Rom, at han havde besejret den pontiske konge i et slag ved Bosporus 2. august 47 f.Kr.  
Da Cæsar fejrede triumf over sine sejre i Gallien og i Asien, stod ordene på store bannere, som blev båret først i triumftoget.

## Lectio undecima

### Forum Romanum

Cicero rursus Romae est. Mane in atrio a clientibus et amicis salutatur, ad cenam a familiaribus vocatur, a civibus suis petitur, ut amicos et amicos amicorum defendat.

Omnia autem mutata sunt.


- 5        Cicero et Atticus in Foro Romano ambulant.  
"Vivo, mi Attice," inquit, "sed cogor sine libertate vivere. Cogor homines salutare, a quibus potius salutari debebam. Caesar nos libertate privavit. Vivo sine iure civis Romani!"  
Atticus:" Vivis," inquit, "aestimatus es a dictatore, qui  
10      saepe abs te offensus est, condonatus es ab eo, cui numquam ipse condonare potuisti."  
Cicero non respondet. Tum Atticus:  
"Vide curiam istam novam, quae a dictatore aedificata est. Vide basilicam istam magnificam, quae a Caesare populo Romano  
15      donata est. Ubique videmus dona Caesaris."  
Cicero ad hoc respondet: "Nolo beneficia mihi a Caesare dari, mallem rem publicam liberatam."

## Forum Romanum




Forum Romanum i dag

## Forum Romanum




Rekonstruktion af Forum Romanum



Rekonstruktion af Basilika Julia, bygget af Cæsar

## 12 – duodecim



Platon 427-347 f. Kr

## Lectio duodecima

### Duo libri pretiosi reperti

Nox est. Cicero non potest dormire, in magno dolore est, nam filia mortua est. Familia dormit praeter Tironem, qui Ciceronem consolari conatur. Terentia non adest, ut maritum consoletur, quia Cicero divortium cum uxore nuper fecit.

- 5 Nox brevi praeteribit, mox illucescit, et Cicero diem novum videbit, tristem, sine spe, quo filiam desiderabit et maeroris obliisci conabitur.

- Subito Aristocritus in cubiculum ingreditur. Tabellarius est, qui in Illyriam a Cicerone missus est. Nunc reversus est. Ex  
10 clamat: "Dionysius, servus fugitivus, Naronae in Illyria visus est! Marcus Bolanus, amicus tuus, ad me dixit se eum vidisse. Dionysius omnibus narrat se libertum esse, dicit Marcum Tullium Ciceronem se manumissee. Nemo suspicatur Dionysium verum non narrare. Marcus Bolanus audivit  
15 Dionysium libros preciosos vendere. Putavit illos libros tuos esse et duos a Platone scriptos emit".  
"Hic libros habeo," inquit, "vide, domine!"  
Aristocritus duos libros Ciceroni dat, cuius gaudium tantum est, ut paene doloris obliviscatur.

## 13 – tredecim



Gajus Julius Cæsar 13. juli 100 f.Kr. – 15. marts 44 f.Kr.

Her som han ser ud i serien Rome

Angsten for Cæsars enemagt og ønsket om at genindføre den republikanske forfatning, hvor den reelle magt lå hos senatet, var baggrunden for at en gruppe senatorer under ledelse af Cassius og Brutus besluttede at myrde Cæsar. Han blev dolket i Pompejus' teater 15. marts 44 f.Kr.

Mordet blev startskuddet til over 10 års borgerkrig, som bragte Cæsars adoptivsøn Gaius Octavius til magten. Han blev under navnet Augustus Romerrigets første kejser.

## Lectio tertia decima

### Mors Ciceronis

Caesar interfectus est, et Cicero laetissimus est:  
Res publica rursus restituetur, senatus libere decernet, mores  
maiorum revertentur.

- Antonium, qui et consul et heres Caesaris erat, Cicero in  
5 senatu accusavit, ubi quattuordecim orationes infestissimas  
habuit. Sed Cicero frustra pugnabat, Antonius fortior erat.  
Antonius et Caesar Octavianus, qui postea Augustus appellatus  
est, crudeles proscriptiones tulerunt, in quibus nomen  
miserrimum Ciceronis.
- 10 Ab urbe fugit, primo in villam Tusculanam, inde ad mare, ut  
in Graeciam navigaret. Sed taedium fugae eum cepit. Ad villam  
superiorem rediit. "Moriar", inquit, "in patria!" Cervicem militibus  
Antonii ipse praebens interfectus est.
- 15 Antonius caput manusque Ciceronis Romam rettulit, ubi  
populus Romanus membra oratoris clarissimi videre poterat.

# Progression

- 1: Nom. og akk. sing. 1., 2. og 3. bj. 3.pers.sing.præs.ind.akt.  
Subjekt – subjektsprædikat – objekt.  
*Alle gloser er angivet i den form de har i teksten.*
- 2: Abl.sing. 1., 2. og 3. bj. 1. og 2.pers.sing.præs.ind.akt. Præs.inf.akt.  
Implicit subjekt. Brugen af infinitiv som objekt. Præpositionsforbindelser.
- 3: nom. og akk. plur. 1., 2. og 3. bj - 3.pers.plur.præs.ind.akt.  
*Opslagsformer af verber, substantiver og adjektiver i parentes.*
- 4: Abl.plur. 1., 2. og 3. bj. 1. og 2.pers.plur.præs.ind.akt. Pers.pron.  
Objektsprædikat.
- 5: Gen.sing. og plur. 1.,2. og 3. bj. Imperfektum.ind.akt.
- 6: Dat.sing. og plur. Præs.konj.akt.  
*Fra stk. 6 skal gloselisten bag i heftet bruges.*
- 7: 4. bj. Imperfektum konjunktiv Irrealis  
*Fra stk. 7 angives alle gloser i opslagsform (bortset fra særlige tilfælde).*
- 8: 5. bj. Perf. ind. akt. Lokativ.
- 9: Præsens partc. akt. Instrumentalis.
- 10: Plusquamperf. ind. og konj. Hic-haec-hoc.
- 11: Passive personendelser. Perf.partc.pass.
- 12: Futurum. Deponente verber. Akkusativ.m.infinitiv.
- 13: Komparation af adjektiver.

